Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sicut sedm purificacionem iudeorum: capientes sin
gule metretas binas uel ternas. Dicit eis ihesus.
Implete ydrias aqua. Et impleuerunt eas: usq;
ad summum. Et dicit eis ihs. Haurite nunc: et
ferte architriclino. Et tulerunt. Ut autem gu
stauit architriclinus aquam uinum factam. Non sa
ebat unde est. ministri autem sciebant qui hausse
rant aquam: uocat sponsum architriclinus. Et di
cit ei. Omnis hom primum bonum uinum ponit.
Cum inebriati fuerint. tunc id quod deterius est: tu
autem seruasti bonum uinum usq; adhuc. Hoc
fecit initium signorum ihs in chana galilee: Et ma
nifestauit gloriam suam. Et crediderunt in eum discipuli eius.

Fres Audistis dispensacionem dei que data est mihi in uobis. ut imple
am uerbum dei mysterium quod absconditum fuit
a seculis et a generacionibus: nunc autem manifesta
tum est sanctis eius: quibus uoluit deus notas facere di
uitias glorie sacramenti huius. in gentibus: quod est
xps in uobis spes glorie. Quem nos annunciamus
corripientes omnem hominem: Et docentes omnem ho
minem in omni sapia. ut exhibeamus omnem ho
minem perfectum: in xpo ihu dno nro. sedm lucam.

Dixit. Egressus est ihs in uirtute spiritus in galileam:
Et fama exiit per uniuersam regionem de illo. Et ipse do
cebat in synagogis eorum: Et magnificabat ab om